

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Rectore ... Dn. Friderico Avgvsto, Elector. Saxon. Herede,  
ac Reliqua, Dissertationem Moralem, De Eo Qvod Homini  
Convenit Circa Brvta**

**Calo, Johann Adam Calo, Johann Adam**

**Vitembergae, MDCCVI.**

**VD18 13000616**

Titelblatt

**urn:nbn:de:gbv:45:1-13719**

Q. D. B. V.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DN. FRIDERICO AVGVSTO,  
Elect. Saxon. Herede, ac Reliqua,  
DISSERTATIONEM MORALEM,

DE

EO, QVOD HO-  
MINI CONVENIT  
CIRCA BRVTA,

In Illustri ad Albim Academia,  
Eruditorum Examine subiiciunt,  
PRAESES

M. IOAN. ADAMVS CALO,

Belgera Misn. Alum. Reg. Elect.  
&

RESPONDENS

IO. CHRISTIANVS König/

Iuterb. Saxo,


*In Auditorio Minori,*

Ad Diem XXIV. Aprilis, An. cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> cc vi.

---

VITEMBERGAE, Typis MARTINI SCHULZII, Acad. Typogr.





MEMBERGAE, Typis  
damenon Ad Dem KNO  
perennatione. Omnia  
hominu in pris conc lu  
IO. CHRIS  
Non pic sume R. E. S.  
M. JOAN. A.  
In illis ad  
CIRC  
MINI O  
EO, Q  
Dissertatio  
Legot. Saxon.  
DN FRIDERIC  
SERENISSIMO PR  
RESTORE M

7



APHORISMVS I.

Licitum est homini pro sua uoluntate brutis uti.

EX 9<sup>o</sup> ET 10<sup>o</sup>.



Vae summa Dei in hominem est benignitas, non tantum ceteris praestare creaturis eum uoluit, sed et, concessio clementer dominio, easdem ad sustentationem uitae commoditatemque ipsi indulgere. Etsi quidem diffitendum non est, quam maxime hoc imminutum esse dominium, postquam protoplastus Adam dicto Dei non audiens ab eo defecit, ut, existimante *Luthero ad Genesin p. 19.* speciem saltem domini alicuius in creaturas, sed per exiguum possidere hominem, & nomen saltem uocabulumque domini retinuisse, siue nudum titulum, uideatur; id tamen, quod restat, satis adhuc luculentum diuinae bonitatis testimonium esse potest. Quo de agit *Cap. IX. Genes.* Digna sunt lectu uerba, huc adducta ab *Osiandro & Riueto*, ab illo in *Commentario*, ab hoc in *Exercitationibus ad Gen. Cap. IX.* Huius uerba ita fluunt: *Certum est, ordinarie inditum esse omnibus animalibus hominis metum & aliquam reuerentiam, quam uix excutiunt etiam saevae bestiae, nisi uel lacesitae, uel fame compulsae, uel aliqua alia perturbatione addactae. etc.* In statu quidem institutionis et perfectionis dominium quoque illud perfectum erat, hoc ipsum in statu defectionis etsi magnum et amplum, imperfectum tamen maxime deprehenditur. *Vid. Doct. Albert. in Compendio I.N. p. 11. Cap. 7. §. 4.* ubi omnia haec accuratissime persequitur.

II.

Non hic attinet omnes commemorare, multo minus examinare rationes, quas auctores de hoc dominio diuinius homini in bruta concessio afferunt, fundamentique loco ponere annituntur. Quorum alii in perfectione hominis fundamentum quaerunt, quo respexisse uidetur *Hipponensem Praesul Augustinus*, quando *Libr. I. d. Gen. contra Manich.* existimat,

4 2

omnia

